Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26083
Copyright: Admont, Benediktinerstift



illis tribus dan querebat sibi possessionem. et misere. v. viros. ut explorarent terram in qua possent habitare. et intrantes domum miche requieuerunt in diuersorio leuite. cuique restituerunt uestes et idola. abierunt et uenerunt lachis. et uidentes populum ubere. et magnarum opum. et habitantes in ea sine timore. et inbelles reuisi sunt adfines suos. et dixerunt. eamus et possideamus terram quam uidimus. Nullus erit labor. et expectantes. d. c. uiri armati. primo manserunt in cariathiarim uide. quod locus ex eo ipse dictus est castra dan. alii eo de noie dicti sunt. de quo diximus in samsone. celeuo de noie dictus est. in ieroboam sacrificauit uitulos. Cumque transissent inde domum miche intrauerunt. v. predicti uiri. ut tollerent uestes. leuite. et idola. Cumque sacerdos acclamaret. dixerunt ei. Veni nobiscum. Heli est ut sis pater in una tribu. et in domo uni uiri. et abiit cum eis. ferens secum oia. Cuique insequerentur eos michias cum omni domo sua. uidens eos fortiores. minantes morte. reuisus est. Illi uero cum mulieribus et paruulis et iumentis. et uniuersa supellectili sua. uenerunt ad ipsum lachis. et percusserunt eos. urbem incenderunt. et structerunt ciuitatem iuxta ydolum sibaro. et iuxta fontes iordanis. circa maximum campum iordanis sidonis in regione roob. et appellauerunt eam dan. que prius lachis uocabatur. Posuerunque sibi idolum miche. toto tempore quo fuit domus christi in silo. Jonathan uero filium gersam filii moysi. et filios eius fecerunt sacerdotes in tribu dan. usque addie capti uniuersi ruine. Cuique replicet historia in dieb illis non erat rex in israel. uidetur consentire iosepho. quod dicit hoc factum quod sequitur. circa eadem tempora contigisse. Fuit ieuita habitans in latere montis effraim. hic uxorem de bethleem. que iratam uiro suo. redire in domum patris sui in bethleem. Secum ea uir. iuuenis cum puero. et duobus asinis. et reconciliare ei uxori. Quarto autem die cum regredi uellet. tenuit eum socer. usque in crastinum. Quinto die sumpto cibo circa meridiem egressus est. ducens secum duos asinos onustos. et iumentum sic. et cum uxore. et ut uidet uelle ioseph. luna. v. iam stum retraxerunt. Cumque transirent iuxta ieb. die declinante. noluit ingredi opidum gentis alienigene. et transiuit in gabaa. quod est in tribu beniamin. et nullo eum recipiente. sedebat in platea. et ecce senex rediens de agro. qui erat in monte effraim. et ad uenerat habitabat in ciuitate gabaa. Qui introduxit eos in domum suam. et cenauit illis. uenientes uiri ciuitatis. filii belial. dixerunt ad dominum domus. educ uirum qui ingressus est ad te. ut abutamur eo. Non ioseph die non uenisse peccatum ut raperent uxorem eius. cum autem obtulisset eis senex filiam uirginem. et uxorem uiri puero. ait erit uxorem uiri. Qua cum tota nocte abusi essent. dimiserunt eam mane. Que reuersa ad hospicium expirauit ante ianuam. et ferens uir eius cadauer in asino redit in domum suam. et incidens eam in. xii. partes. misit in omnes fines israel. et iniciebant singulis. Hucusque sic factum est in israel. ex quo ascenderunt patres mei de egypto. et egressi sunt omnes qui uiri unus in masphat. cccc. pugnatorum. et dixerunt. Non redibit quispiam in domum suam. donec uiciscamur in gabaa. et elegerunt uiros. xii. qui portarent cibaria. et miserunt ad omnem tribum beniamin dicentes. Tradite nobis flagitiosos de gabaa. ut moriantur. Qui noluerunt. immo dederunt eis in auxilium. xxx. de beniamin. erant autem gabaa. lxx. uiri. ita sinistra ut dextra pugnantes. et sic fundis lapides ad certum iacientes. ut capillum quidem possent percutere. et ascendens exercitus israel in